Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich).

Quelle:
Copyright:



molis est opus: Quod codex noster exhibet, fragmentum est epistolæ ad clerum Coloniensem, Gebenonisque Comentarii in illam, quæ de futura Wiclefi hæresi librarius dicta esse suspicabatur.

Gebeno natione, ut putat Oudinus, Germanus Ord: S. Bened: Prior in Eberbach, Scriptor Speculi futurorum temporum, sive Pentachordi S. Virg: Hildegardis, hoc est: de quinque temporibus compendii Prophetiarum S. Hildeg: floruit circa ann: 1220. Oudin: de Script: Eccl: T. III. p: 51. et Bern: Pez: T. III Anecd: part: 3. pag: 630.

5. Fol: 29a – 31a

Mauricii de Praga contra proposit: Cardin: Veronensis:

Inscriptio præcedit: "Scriptum Magistri Mauricii adversus quasdam propositiones per Reverendissimum patrem A. D. Cardinalem veronensem oblatas." Incipit: "Ante omnia necesse est ut fundetur veritas". Propositiones, quas censura perstringit Mauricius, sunt numero 25.

6. Fol: 31a – 31b

Joann: Parvi assertiones damnatæ.

Titulus est: "Sequitur forma condempnacionis novem assertionum que facta est parisius Et petimus quod hec condempnacio per hoc sacrum concilium principalis ecclesia approbetur quemadmodum fit de illis que facte sunt tam in Anglia quam in praga.

Prima assertio est de licita occisione tyranni. Extant in Mansi Supplem: ad Conc: Collect: Coleti Tom: III. col: 1315. et inter Opp: Gersonii edit: Dupin: T: V. p. 327. et 706.